



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 1. Monstrositatem Nabuchodonosori profuisse, eumq[ue] pœnitentiam
egisse; non item Pharaonem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

CAPVT XI.

*Tertia moralis monstrorum causa, ut non
tam pœna, quàm medicina; diuinorumq;
Sacramentorum commendatio, & pro-
curatio virtutis, conseruatioq;
castitatis sint.*

§. I.

*Monstrositatem Nabuchodonosori profuisse,
eumq; pœnitentiam egisse; non item
Pharaonem.*



Quod regi Nabuchodonosori pro-
fuit, profuit etiam alijs multis.
Monstrosi fuerunt corpore, ut
animo fierent pulchri; aut ut pulchri per-
manerent. De rege Babylonis, qui ictus di-
dit sapere, ipse rex loquatur. *Nunc igitur
ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, &
glorifico regem cali; quia omnia opera eius ve-
ra, & via eius iudicia, & gradientes in super-
bia potest humiliare.* E qua confessione non
pauci verosimiliter colligunt, Nabuchodo-
nosorem septennali sua monstrositate ca-
stigatum seriò ad Deum verum fuisse con-
uersum, totoq; corde contritum atque hu-
miliatum; proindeq; etiam iustificatum;
quin

Dan. 4.34

Ioseph.
Dorothei
in Syno-
psi Epiph.
in vita
Danielis.
Liran.

quin etiam, cum non diu superuixerit, saluatum. Dorothei hæc sunt verba: *Cum Nabuchodonosor peccatorum suorum remissionem adeptus esset, dedit Propheta regnum suum; & nec panem, nec carnem comedit, nec vinum bibit, Domino confessus. Nam hoc illi Daniel praeceperat, ut leguminibus & herba vescens Dominum placaret.* Eadem ferè habet Epiphanius, quæ ostendunt diuersos in diuersis esse flagellorum Dei effectus. Nam Pharaeo per flagella & prodigia Numinis magis induruit, ac in sua cæcitate mortuus æternùm damnatus est. Hæc sunt disparia iudicia Dei, qui cuius vult, miseretur, & quæ vult, indurat. Vterque fuit rex, vterque tumidus & superbus, vterque contemptor Numinis; in eodem lecto dormierunt; eodem morbo ægrotarunt; unus fuit assumptus, & unus relictus. Et, vt tantò magis timeas omnipotentem, cum alio illum rege compara. Salomon à teneris vnguiculis fuerat piè educatus, & religiose vixerat; quin tantæ fuit iustitiæ, quantæ sapientiæ; in senio tamen à mulieribus deprauatus, idola coluit; qua de causa multi eum esse Orco addictum arbitrantur. Nimirum qui stat, videat ne cadat.

Carthuf.
& vt vide-
tur etiam
S. Augu-
stin. ep.
122.
Dorothei
in vita
Danielis.

Rom. 9.
18.

Matth. 24
40.

1. Cor. 10.
12.

Z 5

Nabu-

Nabuchodonosor autem, qui in sceleribus omnem vitam traduxit, in fine vite conuersus est, æternum inter beatos futurus; vt nemo desperet, aut dicat, actum de se esse. Ad hoc ex rege hoc monstrum factum est, vt disceremus, è monstris homines, immò reges fieri posse. Lucrosa est metamorphosis, vbi pœna pœnitentiæ operatur.

§. II.

Monstrositas vultus occasio est pœnitentiæ agenda & commendanda.

Io. Nider.
l. 2. Form.
c. 9. & lib.
4. 6. 10.

Et sæpe pœna non tam pœna est, quàm medicina, & commendatio diuinorum Sacramentorum. *Novi aliquando nobilem & deuotum militem* (ait Ioan. Nider, quem alio loco Boarum nominat, & tanquam sanctum militem, cui quinque annis ante obitum mors sua fuit reuelata) *qui uxorem pulchram habuit deceptam occultè paulisper à quodam adultero, cui satis conglutinato amore affecta, & infecta erat. Expertus illud miles maritus prudens, qui animam perdita uxoris curare volebat, secretè uxorem accersuit, vultum eius (vt mihi miles retulit) horridum nimis vidit; ei sanctis & pijs monitionibus contritionem super scelere, & pœnitentiæ Sacramentum*